## A2 Latin Unseen Prose (Livy) Past Paper: 2008 (After the return of the Romans, they are struck down by calamities)

Study the passage and answer the questions which follow. Give a translation only if one is asked for, or if you think it makes your answer clearer.

The Roman army returns to Rome. Soon after, dire omens, disease and a sudden attack on one of their allies cause considerable panic and distress to the Romans.

ubi primum exercitus Romam rediit, lustitium remissum est;<sup>1</sup> caelum visum est ardere plurimo igne, portentaque alia terrores exterritis addiderunt. ad hos terrores avertendos feriae<sup>2</sup> trium dierum indictae sunt, per quas omnia templa a turba implebantur virorum mulierumque pacem a deis poscentium.

forte annus pestilens<sup>3</sup> erat in urbe agrisque, nec hominibus magis quam pecori, et vis morbi augebatur quod pecora agrestesque terrore populationis<sup>4</sup> in urbem accepti erant. ea conluvio omnis generis animantium et odore insolito urbanos et agrestes confertos in arta tecta aestu ac vigillis angebat; praeterea ei qui aegros curabant temere vulgabant morbum.

civibus hanc cladem vix sustinentibus repente legati Hernici<sup>5</sup> nuntiant in agro suo Aequos<sup>6</sup> Volscosque<sup>7</sup> coniunctis copiis castra posuisse, inde exercitu ingenti fines suos vastari. maestum tamen responsum tulerunt, ut Hernici<sup>5</sup> ipsi suas res tutarentur;<sup>8</sup> urbem Romanam subita deorum ira morbo populari;<sup>9</sup> si qua eius mali quies veniat, sicut anno ante, se sociis opem laturos esse. discesserunt legati, pro tristi nuntio nuntium tristiorem domum referentes.

tam exitialis erat morbus ut mortuus esset Aebutius consul Romanus et collega eius Servilius minima in spe traheret vitam; adfecti sunt plerique primorum civium, senatorum maior pars, milites fere omnes, ut non modo ad expeditiones quas in tanto tumultu res poscebat, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent.

Livy III 5-6 (adapted)

5

10 (

15

<sup>1</sup> iustitium remitto

<sup>2</sup> feriae, feriarum (f pl)

<sup>3</sup> pestilens, pestilentis (adj)

populatio, populationis (f)

<sup>5</sup> Hernicus, -a, -um

<sup>6</sup> Aequi, Aequorum (m pl)

<sup>7</sup> Volsci, Volscorum (m pl)

<sup>8</sup> tutor, -ari

9 populo, -are

10 statio, stationis (f)

I resume public business

holiday

plague-ridden

plundering

Hernican (Hernica is a town allied to the Romans)

the Aequi (enemies of Rome)

the Volsci (enemies of Rome)

I protect

I devastate, lay waste

guard duty

